



PAUL ADAM NACHFOLGER  
KARL LION  
KUNSTBUCHDRUCKEREI  
DÜSSELDORF



Universitäts- und  
Landesbibliothek Düsseldorf





Universitäts- und  
Landesbibliothek Düsseldorf

DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>O</sup>  
JURIS PUBLICI ECCLESIASTICI  
DE  
JURE PATRONATUS  
ET  
SINGULARIBUS EJUSDEM JURIBUS.  
IN  
DUCATIBUS JULIAE, ET MONTIUM,  
QUAM  
UNA CUM  
SELECTIS EX OMNI JURE POSITIONIBUS  
*P R E S I D E*  
JOANNE JACOBO DEWIES, J. U. L.

EJUSDEMQUE IN ACADEMIA HAC ELECTORALI DUSSELANA  
PROFESSORE PUBL. ET ORD. AD SUPERIORA PATRIÆ DICASTERIA  
ADVOCATO, NEC NON DYNASTIÆ ERKLINIENSIS SYNDICO


PUBLICÆ DISQUISITIONI SUBMITTIT

FRANCISCUS XAVERIUS JOSEPHUS KNAPP

AD XX DIEM DECEMBRIS ANNI MDCCCLXXIX 1778  
HORIS ANTEMERIDIANIS X, ET XI. POMERIDIANIS II <sup>et</sup> III.  
INAULA PUBLICA ELECTORALIS AD DUSSELAM GYMNASII

D Y S S E L D O R P I I,

Typis Caroli Philippi Ludovici Stabl, Aulæ & Cancellariae Typogr.



Hist. M. II. 431

*Si quid novisisti rectius istis,  
Candidus imperti, si non, his utere mecum.*  
**HORATIUS**

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO  
PRINCIPI,  
AC  
DOMINO DOMINO  
CAROLO

THEODORO

COMITI PALATINO RHENI,  
SUPERIORIS, ET INFERIORIS BAVARIÆ DUCI, SACRI  
ROMANI IMPERII ARCHI-DAPIFERO, ET ELECTORI JULIÆ,  
CLIVIÆ, ET MONTIUM DUCI, PRINCIPI MOERSIÆ,  
MARCHIONI BERGÆ AD ZOOMAM, COMITI VELDENTIÆ,  
SOPHHEMII, MARCHIÆ, ET RAVENSBURGI,

DOMINO IN RAVENSTEIN &c. &c.

PATRIÆ PATRI, RELIGIONIS TUTORI, IUSTITIÆ VINDICI,  
SCIENTIARUM AC BONARUM ARTIUM AUSPICI,  
MEOCOENATI MUNIFICENTISSIMO,  
DOMINO SUO GRATIOSISSIMO



SERENISSIME, AC POTENTISSIME PRINCEPS  
ELECTOR, DUX, ET PATRIÆ PATER  
CLEMENTISSIME!

**A**usimne ELECTOR & DUX Serenissime! Pagellas has ut cunque exiguae, quædam Regalia tamen TUORUM Ducatum Juliae & Montium JURA, PATRONATUM spectantia, adumbrantes Sere- nissimo Nomiini TUO inscribere, atque ad Electoralem Thronum demis- sime deponere. Tenue hoc infimæ Gratitudinis Monumentum pro conge- nita TIBI Clementia saltem non despicies, quod præter cætera Patri, & Avo meo collata singularia, ac veré principalia Beneficia, & primos studiorum meorum Conatus serenissima TUA Munificentia adjuvare, & Clementissimus Author esse voluisti, ut Scientias, quas in Academia bu- iate Electorali colui, in exteris Universitatibus, & superioribus Imperij Dicasteriis nunc prosequi, augere, & perficere valeam.

Ignosce igitur SERENISSIME PRINCEPS ELECTOR! ut Homagii loco demississimam Gratitudinem, ac devinçtissimam Submissionem meam contestet publica bac, & solenni Sponsione, me omne Studium, Laborem omnem

curam

curam, & Sollicitudinem, quoad vixero, in eo positurum, ut Gratias  
TUAS Electorales demerear: in eam vel maximē spem erectus, fore,  
ut consummato, ad quem me accingo, Cursu SERENITAS TUA Cam-  
pum mibi clementissime aperiat, in quo Studiorum meorum Fructus in  
Regalium TUORUM Defensionem, & Patriæ Emolumentum conferre  
valeam.

Sospitem interea florentemque ad longissimam Ætatem servet Deus  
Optimus Maximus TE Civibus Principem, Imperio Electorem, Eccle-  
sie Palatinæ, Bavariæ, Julio Montensi, & tot aliis Advocatum, ac  
Protectorem, natum Saluti, & Incremento Reipublicæ profanae, sacræ De-  
cori & Ornamento. ita demississime votet

## SERENITATIS TUÆ ELECTORALIS

Cliens humillimus

FRANCISCUS XAVERIUS JOSEPHUS KNAPP



## LECTORI.

Sunt quidem Germaniae, & diversis, quibus constat, Statibus Leges communes, & universales, peculiaria quoque sunt cuique Statuta, ad quae subditi agendi, vivendique Normam componunt; idem & in Patria Julio-Montensi obtinere, nemo ignorat; horum originem si consideres, illam præbent antiqua Imperatorum Privilegia, Pacta, & Conventiones cum vicinis, Consuetudines demum ex his, illisve exortæ, quæ in Leges transierunt, Nemusque Patriæ civilem, tum ejusdem publicum, feudalem, vel politicum mille modis afficiunt, ita, ut easdem exhaustire, & in singulis solidam sibi comparare Scientiam, omnem hominis Vitam excedat; præprimis cum præter ea, quæ PRO-CANCELLARIUS VOETZ consignavit (a), paucissima, quæ diversum Patriæ Statutum adumbrant, Subsidia habeamus; cujus Historia usque adeo mutila est, ut, si TESCHEN-MACHERUM, qui illam ex rudiori Themate concessit (b), & MAPPIUM (c), qui eandem ex Saceri Schedis usque ad recentiora tempora satis obscure perduxit, excepis, neminem offendes, qui illam in Compendium, ne dicam in Systema retulerit, cui *Jus Patriæ nostræ publicum* inniti posse; Subsidii itaque essentialibus deficientibus, illis, qui publico Patriæ Statui inservire cupiunt, vix aliud, quod dolenter referimus, supereat, quam Viros adire illis in Negotiis consummatos, quibus multorum Annorum experientia Thesaurus est, & illos, quos hi benevole indicant, Fones, Acta videlicet ut plurimum antiquiora rimari, ex his Documenta exquirere, imo ipsas Patriæ Leges nullum in ordinem hactenus redactas feligere, selectas in systema redigere &c. &c.

Verum quotusquisque ille est, qui hanc in se Spartam suscipit? & quotusquisque, cui ea se occasio offert?

Non est inde, cur mireris perpaucos esse, qui publicum Patriæ nostræ Statutum, & quæ eo collimant, perquirunt; pauciores, qui ad eundem perquirendum Manus, & Auxilium largiuntur; paucissimos vero, qui ad Lacunas explendas animum adjiciunt &c.

- a.) In historia juris civilis Juliacenium, & Montenium, nec non in tractatu suo de jure revolutionis, & in observationibus feudalibus &c. Quæ Collectioni Statutorum nostrorum plerumque adjunctæ sunt, [& non parum hinc inde utilitatis, & lucis continent.
- b.) In Annal: Cliviæ, Juliiæ, & Montium, Marcæ, Westphalicæ &c.
- c.) Sub tit: Annal, Jul: Montiumque Comitum, Marchionum & Ducum.

Jussus ut periculum hac de re facerem, cum absoluto Philosophiae  
Cursu prima Juris civilis, canonici, publici, feudalis, Historiae Imperii,  
& quæ eo spectant, Principia in hujate Academia in quartum nunc An-  
num hauserim, & ante illum, quem ad exteras Universitates, & supre-  
ma Imperii Dicasteria meditor, discessum palam demonstrem, quid va-  
leant Humeri, quid ferre recusent, quem in finem cum celebris illa de Ju-  
RE PATRONATUS Materia ad consuetudines Patriæ aptanda, selecta fuerit,  
Mandatis pareo, & Veniam spero; si Thæma propositum pro ejusdem  
Dignitate non exhauserim, a quo alienum præprimis erat, ea collige-  
re, quæ ubivis obvia sunt, cum de his integra eruditissimorum Viro-  
rum Volumina, & Commentarii extent; unicum itaque Patriæ nostræ  
hac de re Systema exponere in Votis erat, hisce vero in quantum fece-  
rim satis, tu benevole Lector judica. En Thematis conspectum, agam  
videlicet

1. De Statu & Differentia Patronatus Patrīi. . . . . §. I. — IV.
2. De Patronatu Ecclesiastico, Reservationibus Pontificiis, Concordatis, &  
Mensibus Papalibus. . . . . §. V. — X.
3. De Patronatu Regio, sive seculari Serenissimis Ducibus competente ad Di-  
gnitates, & Canonicatus &c. . . . . §. XI. — XIV.
2. De Precibus Imperatorum, Archi-Episproruin, & Ducum nostrorum  
§. XV. — XVII.
5. De Facultate nominandi Parochos, Vicarios &c.  
De Concursu, Jure Devolutionis, Institutione Canonica, Introductione  
& Alvacatia §. XVIII. — XXVII.
6. De Edificandis, sartis rectisque babendis Ecclesiis Parochialibus, Paro-  
chorum Domibus &c. . . . . §. XXVIII. — XXXIV.
7. De administrandis Ecclesiarum, & Pauperum Reditibus, earumque Ra-  
tionibus &c. . . . . §. XXXV. & XXXVI.
8. De Jurisdictione Ecclesiastica Julio-Montensi in Catholicos, & Protestan-  
tes. . . . . XXXVII. — XXXIX.

Felicem me! si non inanem me præstissem operam compertum  
fuerit, & Tentamen hocqualecunque jncitamento sit, nobiliores Jurium  
Materias ad Patriæ nostræ Leges, Mores & Consuetudines adumbrandi.

Vale & fave.





# DE JURE PATRONATUS ET SINGULARIBUS EJUSDEM IN PATRIA JULIO - MONTENSI JURIBUS.

## §. I.

Ducatus Juliæ, & Montium prioribus sœculis cum Ducatu Cliviæ, Comitatu Marchiæ, Dynastia Ravensteinensi, & aliis in unum coaluerant corpus, uni quippe, eidemque parebant Domino, iisdemque inter se gubernabantur legibus; verum cum Serenissimus eorundem Dux *Joannes Wilhelmus* anno 1609 improlis decederet, & cum eo antiquorum Ducum mascula Proslapia desereret (a), gravissimæ ex divisione harum Provinciarum exoriabantur controversiæ, exque præprimis Serenissimas Domos Brandenburgicam inter, & Palatino-Neoburgicam, quæ demum anno 1666 tum generali quadam, tum specialibus aliis conventionibus sunt sœpitæ (b); quæ fundamentum, ac basin Status nostri publici constituunt.

Ducatus  
Juliæ,  
Cliviæ  
Monti-  
um sœcu-  
lo XVII.  
divisi.

a) Teschenmacher in annal. Cliviae, Juliæ &c. pag. 358.

b) In ejusd. Cod. diplom. pag. 206, &c.

A

§. II. In

## §. II.

Specia-  
lia Pa-  
tronatu-  
s Ju-  
liae, &  
Monti-  
um.

In hoc non postremum sane locum obtinet Jus Pa-  
tronatus Serenissimis Ducibus nostris proprium, vix non quo-  
tidie obvium; de hoc vero nobiliora proponere me nec in-  
utilem, nec ingratam præstisſe operam putem; eóquod  
Patriæ nostræ *singularia* circa illud amplissime diffusa sint,  
& ex conventionibus nunc memoratis, aliisque legibus Pa-  
triis, & consuetudinibus singulariorem formam induerit.

## §. III.

Com-  
plexus,  
diversi-  
tas,exer-  
citium.

Excedit nempe, quod primum est, jus illud Patro-  
natus hinc inde patriæ limites; complectitur dein Dignitates & Præ-  
bendas in Canonicorum, Canonissatumque Capitulis, Parochias,  
Vicariatus, & quæ id genus alia sunt beneficia Ecclesiastica,  
imo & ædituorum officia. Idem porro jus non tantum Se-  
renissimo Duci Electori nostro convenit, sed & titulo bo-  
norum, aut familiarum transit ad Capitula indigena, & ex-  
tranea, ad Abbatias, Præposituras, Prioratus, Christianitates  
Decanos rurales & Parochos, ad Communitates, & Sodalita-  
tes, familias nobiles, imo & rusticæ; atque inde pleno fluit  
alveo, divisionem juris Patronatus in Ecclesiasticum, & secu-  
lare, in reale, & personale, in hæreditarium, & familiare, si-  
ve gentilitium Patriæ nostræ quam maxime esse accommo-  
dam.

## §. IV.

Catholi-  
cos inter  
& Pro-  
testantes

Aliam iterum penes nos consequitur divisionem  
jus Patronatus non prætereundam respectu Catholicorum  
videlicet & Protestantum; notum quippe, cum funesto re-  
formationis tempore multa summo Catholicorum detrimen-  
to in pluribus Germaniæ Provinciis fuerint immutata, atque in-  
novata, idem etiam fatum Patriæ nostræ obtigisse; varia eter-  
nim

nim Catholicorum tempa Protestantibus, aut ob statutum per P. W. annum normalem 1624., aut ob posteriores Sere-nissimarum Domuum Brandenburgicæ, & Palatino-Neobur-gicæ conventiones fuerunt concessa, jure tamen Patronatus apud Catholicos remanente (a), alia vero tempa, scholæ, & prochorophia plurima a Protestantibus erecta, fundata, novisque accessionibus aucta fuerunt, & in his jus Patrona-tus ipsis abs dubio competit; varii quoque Protestantes ta-lia bona aut in familiâ retinuerunt (b), aut postmodum sibi compararunt, quibus jus Patronatus ad beneficia Catholica fuerat annexum, atque hoc semper absque controversia ex-ercuere. Diverso igitur hoc respectu poterit jus nostrum Pa-tronatus ulterius dividi in Catholicorum, & Protestantium.

A 2

§. V.

- a) Sic Solingæ Abbas Altenbergensis, in Wer-merskirchen Capitulum ad S. Andream Coloniae, Radæ ante nemus vulgo Nade vorm Wald funda-tio Geleniana Colonensis, in Wald Abbatissa in Grefrath, Remscheidæ ordinis Melirensis comen-dator in Herrenstrunden, Mülheimii ad Ruram Co-mes de Stirum, in Reid subalternus hujus loci Dominus, aliique plures Patronatum in hodier-nam usque diem exercent, dum illarum Ecclesiarum Ministris unctione à Communitate electis solennes collationis literas expediri faciunt, ea differentiâ nihilominus in observantiam dedueta: ut si plures illis in locis Ministri, ut Solingæ subsistant, pri-mus eorundem tales collationis literas expetat, eo quod redditus ad sustentationem Parochi **ex** prima fundatione destinatos percipiat, adus & 3tius verò à Communitate sustententur.

Catholi-corum  
in Eccle-siis Pro-testanti-bus ex-er-citium

- b) Sic Familia de Verken ob nobile prædium ejusdem Protef-nominis Patronatum exercet ad altare S. Sebastia-ni in parochiali Catholicorum Ecclesiâ in Pyr, ibique sepelitur &c.

**§. V.**

**Objecta  
in, & ex-  
tra Pa-  
triā.**

Juris nostri Patronatus varia sunt objecta, utpote Præposituræ, Decanatus, & Præbendæ canonicales, iisque cohærentia vel separata officia (a), quæ in aliquibus Capitulis per electionem canonicam, in aliis per turnum conseruntur (b), Decanatus rurales Christianitatum, in quas Communitates nostræ à sæculis divisæ sunt (c), earumque Parochiæ, Vicariatus, & beneficia minora, ad quæ vel Capitula, vel Abbatia in concreto, vel eorum Præpositi soli, aut una cum aliis præsentant.

**Capitula  
Canoni-  
corum,  
& Cano-  
nissarum  
Monten-  
fia.**

a) In Ducatu Montensi unum Dusseldorpii existit Canonorum Capitulum, & alterum Canonissarum illustrium in Gerresheim; de his illud notatu dignum, quod, antequam recipiantur, ex paternâ & maternâ stirpe octo, adeoque sedecim progenitores denominant, de quorum nobilitate, illiusque authentiâ quatuor avitæ nobilitatis viri iuramentum deponant, necesse sit; quod quatuor ibidem subsistant Canonici ad res divinas peragendas destinati, quodque in his nobilitatis stemma non requiratur, & nihilo tamcn minus voce in Capitulo gaudeant.

**Julia-  
censia.**

In Ducatu autem Juliacensi quinque numerantur, Canonorum, Juliacense videlicet, Monasteriense Eiffliacum, Heinsbergense, Sittardense, & Wassenbergense, Canonissarum denique Susterense, quod eisdem ferè, ac Gerresheimense regitur statutis, ex his illa, quæ Monasterii Eifflæ, & Wassenbergæ sunt, Præpositos habent; quorum nominatio juri Patronatus territoriali connexa est.

**Christi-  
anitates**

b) Ut Monasterii Eifflæ, Wassenbergæ, & in illustribus Canonissarum Capitulis.  
c) Harum in Ducatu Montensi tres offendes: Dusseldorfensem, Tuitensem, & Siegburgensem; octo verò in Juliacensi Ahrensem, Bergheimensem, Burgensem, Juliacensem, Süchtelensem, Tulpiacensem Coloni-

### §. VI.

Juri Patronatus Ecclesiastico per invidiosas illas sæculo XIV exortas, & pedetentim latius diffusas reservationes Pontificias interitum vix non fuisse illatum in aprico est (a), nisi ad acerbiores inclytæ Nationis Germanicæ querelas Concordata Nicolaum V. Pontificem inter, & Fridericum III. Imperatorem anno 1474 inita modum posuissent, quo Pontifici in conferendis beneficiis VI menses (b), cæteri vero Reverendissimis Ordinariis relieti sunt; iisdem vero fatis Patriam quoque nostram fuisse obnoxiam, adeo, ut non solum vacantes Præbendas majores, & Canonicatus; sed etiam Parochias Sedes Pontificia contulerit, sed uio asservata Archiviorum nostrorum documenta edocent. (c)

Reserva-  
tiones  
Papales  
Concor-  
dara  
Germa-  
niæ.

### §. VII.

Inde autem cum eveniret, ut ad beneficia Ecclesiastica, præterim ad Parochias Curia Romana sæpius nominaverit homines vix ulla, aut certe non sufficienti scientia imbuitos, corruptis insuper moribus, & quod inde consequens erat, qui ignorantia sua, ac effreni vivendi licentia ad propagandas

Menses  
Papales

Ioniensis - dein Susterensem, & Wassenbergensem  
Leodiensis Diœcesis, cui & Ravensteinensis adnume-  
ratur.

- a) Conf. Barthel de concordat: German: dissert: prælim:  
Cap. 2.
- b) Sunt hi Januarius, Martius, Majus, Julius, Septem-  
ber, November.
- c) In actis, quæ jussu Serenissimorum Ducum Joannis an.  
1533. & ejusdem filii Wilhelmi annis 1550. 1559.  
1582. in Statum religionis compilata in Registratura  
nostra Ecclesiastica adhuc extant, & vulgo die Er-  
fundigungs Bücher appellantur.

Gülich-  
und Ber-  
gische Er-  
kundis-  
gungs-  
Bücher.

das Lutheri, ejusque sociorum doctrinas saeculo XVI recens excusas plurimum conferrent, eaque in Patria nostra se- quiores radices agerent (a), ad haec quoque Clemens VII tum temporis Pontifex in tantas fuisse angustias redactus, ut nec sibi, nec luctuosis Ecclesiae Germanicae fatis prospicevaleret (b), plurimis porro Germaniae Archi- & Episco- pis, nec non Principibus saecularibus e re visum fuerit avitae religioni melius prospectum iri, si Concordatis derogareretur, & Præbendas, nec non Parochias in mensibus Papalibus va- cantes (c) ipsi conferrent, eorum exempla jure sequi posse, autumarunt Serenissimi Duces nostri.

### §. VIII.

eorum  
immuta-  
tor.

Cum enim Joannes IV. pacifici nomine clarus (a), tum temporis Juliæ, Cliviæ, & Montium Dux omnem in tollendis abusibus, qui sensim in Ecclesiæ suarum ditionum irrepre- rant,

a) Patet hoc ex actis modo citatis, denen Erfündigungs Bücher.

b) Cum 1527 Roma à duce Bourbonio copiis cincta, à Principe verò Arausiano occupata, & expilata, ac Pontifex Clemens VII in arce S. Angeli per integrum mensem in obsidione fuit detentus &c. Rölers Reichs Historie pag. 424. Iusius Baronii annal. Ecclesiast: Tom. 19. pag. 656.

c) Ut patet ex Bulla ejusdem Pontificis de 1. Julii 1534. quæ incipit: Admonet nos incubentis nobis pastoralis officii cura &c., quam vide in Reiffenstuel Jure Canon univ: Lib. 3. Tit. 5, N. 544. Branden de concord: Germaniae pag. 12.

d) Sic Brosius in annal. Juliæ, Cliviæ. Tom. 3, pag. 39. Teschenmacher vero eum in annal. suis pag. 327. ptium vocat.

rant, intendisset operam (b): illud inter alia consilium assumisit, Parochialibus præprimis Ecclesiis consultius fore, si ad illas nominaret viros sibi scientia, & religione notos, quæ in membris Papalibus vacarent; quam quidem epocham nobis reliquerunt ejusdem Ducis Consiliarii in relatione ejusdem Filio, ac Successori *Wilhelmo IX.* exhibita (c), testantes Cle-

rum

- b) Duo nobis de illo supersunt edicta, ordinem cultus divini in Ecclesiis, &c. earumque Rectores concernentia, quorum alterum Cliviæ 6ta januarii 1532, alterum in Mornenberg 8va Aprilis 1533. conscriptum legitur.

- c) Deprehenditur illa in actis Ecclesiam parochiale in Ratingen concernentibus sequentis tenoris:

Machdem auch gnediger Fürst, und Herr! der Probst Grauweiler van wegen des Capittels zu St. Geron in Cölln hiebevor etlichmahl angehalten, betreffend die Kirchen zu Dabringhausen, Burtscheidt, und mehr andere Pfarren in E. F. G. Fürsthumben und Landen gelegen, so irem Collegio incorporiert, daher sie sich der Collationen in utroque Turno anzumachen understehen, so habenn wir nit vnderlassen, furz vergangner Zeit, als E. F. G. Rhete, vnd Rechts-Gelehrte inn guter Antzahl als hic gegenwärtig gewesenn, solche Sach für die Handt zu nemenn, vnd reifflich zu erwiegenn; weil dan erfindlich, daß E. F. G. Herr Vatter hochloblich Gedechtniss vñ anhaltern der sementlich Lantstende aus erheblichen Ursachen sich der Collationen aller geistlichen Beneficien, iha auch der officiorum, dignitatum, in den weltlichen Collegien im Thar der wenig Ball 27. vndernommen, und dern seith der Zeit bis in Ihrer F. G. Sterbatz, folgents auch E. F. G. bis anher inn ewig Possession vel quasi gewesen, ist unsers vnderthenig erachtens E. F. G. Rheins wegs zu rhat, noch dienlich, insonderheit umb die nachtheilich Consequenz willen, die daraus erwachsen mochte, dawon abzustehen, derhalben doch vff E. F. G. gnedigs Wolgefallen, und verbessern, wir ein Schreiben alhie eingestelt, wie unsers vnderthenig Ermessens Dech-

ant,

rum nostratem, puta ipsos Patronos Ecclesiasticos jus men-  
sium Papalium sibi arrogasse, illudque dum Status nostri  
Pro-

ant, und Capittel daselbst zu St. Gereon ungesetzlich  
zu beantwortenn, wofern E. F. G. ic. also, oder was Dero  
denselben ab oder zuguthun gnediglich gelieben wolle,  
kennen sie es vonn dannen zu fertigen mit Gnaden beuelchen  
ut in literis geschen am 14. Aprilis Anno 75.

Huic addo responsum ejusdem Serenissimi ad Capitu-  
lum S. Gereonis Coloniae datum.

Wilhelm Herzog zu Gülich, Cleue, und Berg ic. ic. Wür-  
dige, Wohlgeborene ic. ic. was Gestalt Ir euch hiebevor  
der Collation unsrer Pfarkirchen Burtscheidt in utroque  
turno under dem Schein, das die neben andern eweren  
Stift incorporirt, angemast, und bey uns, und unsrer  
Rheten deshalb vielfeltig anhalten thuen, wissen wir  
uns zu erinnern; nun hetten wir uns woll versehen, Ir  
würden desfalls bei ewer Meynung so hart niet gestan-  
den, noch dermassen auf uns getrungen haben, under an-  
dern in Erwegung, Ir in kheimer Abrede sein werdet,  
das die Pontifices Romani alle Beneficien so woll Pfar-  
kirchen, als andere, ja auch Preposituras & Decana-  
tus, und dergleichen jederzeit zu conferiren gehabt, wie  
davon bei euch in der Stat Edlin, und andern mehr  
Dertern viel Exempeln vorhanden, und noch teglich sich  
zutragen; allein das sie die Pontifices Romani her-  
nacher in Iren Concordatis mit teutscher Nation aufge-  
richt den ordinariis Collatoribus in Deutschlandt etliche  
Monat überlassen, und nachgegeben; Dierweill aber da-  
raus in Weilandt des Hochgeborenen Fürsten unsres Herrn  
Vatters christlicher, und seliger gedechnus Fürstenthüm-  
ben, und Landen viel missbreuch, und Unrhats, inson-  
derheit bei den Pfarkirchen, so oft von gar ungeschickten  
zu Rhom impetrirt, entstanden, ist sein L. notwendig,  
auch

Provinciales ægre ferrent, eundem Serenissimum Ducem Jo-  
B  
annem

auch auf vleissige underthenige Dero Landt Stende bitter verursacht, sich der Collation so woll der Pfarkirchen, als dern Prebenden in den Collegiis in dem einen Turno zu unternehmen, auch bis in seiner L. Sterntag, wie wir gleichfalls die ganze Zeit unser Regierung, und also vor langen Taren, und Menschen Gedenken vnuerhinder jen dermenniglich (außerhalb ewer angemaster Einrede) darbeigelassen, ob nu woll Ir etlicher herfürgesuchten Alter angemastden Priuilegien, Indulsten, und dergleichen Abschriften, und ausgezogene Clauſulen copeilich ewer angemast jus conferendi zu beworben, vorbringen lassen, so können wir dannoch daraus im geringsten nit spüren, das die Pontifices Romani euch al folcher Pfarren, und Kirchen (deren Zehenden, und Aluffkömpfen in denen etwen ewerm Collegio zugelegt, und incorporirt sein sollen) Collationes zugeeignet, vielweniger das sie ir habendt jus conferendi nachgelassen, darwon abgestanden, und eweren Collegio aller dingen einverlebt haben, sonder vermerken woll mehr, das sie die Pontifices Romani dem Römischen Stoll sein Recht, Gerechtigkeit, und Autorität, wie gleichsam anderen ausdrücklich vorbehalten, dan auch wie ir selber gut Wissens trazet, al solche Kirchen dero Gesell, vnd Aluffkömpfen ewerer Kirchen incorporirt zu sein, pretendiren wollet, aus ewerm Mittel, wie bey etlichen Klöstern beschicht, nyhe selber bedient worden, vnd ob gleich hiebevor einiche Collation in Turno Apostolico durch euch beschehen sein möchte, wie Wir doch nit wissen, halten Wir es genklich darfür, das unser Herr Vatter, oder wir, der Zeit der Sachen mit recht, vnd gründlich berichtet, wie auch unser Herr Vatter vor- und wir nach unverhindert pretendirten Incorporation in unserim Turno ihe vnd alwege die vacirende Pfarkirchen insgemein conferirt, vnd vergeben haßen, deshalb dan, vnd vmb der beschwerlicher, vnd hochs

annem IV. ad eorum preces collationes singulorum beneficiorum

hochnachtheiliger Consequenz will bei andern, dan es vmb beide Psarren Dabringhausen, vnd Burtscheidt ein geringes, vns, vnsfern Erben, und Nachkommen, landen und Underthonen nummehr von solchem unserm Rechten abzustehen, Hochprejudicial ( wie jr bei euch zu ermessen ) sein würde. Gelangt demnach aus den und mehr andern erheblichen Ursachen, an euch vnsfer günstigs, und gnedigs Begern, das, gleich wir euch in ewern turno ordinario ( so uern jr bequeme, und tügliche Personen, wie leider oßmallen zu nit geringer Verfuerung des armen einfältigen Mans vnderlassen, wirdet auf die Bhan bringen, und anstellen werdet ) ungern ichtives eintragen wolsten, jr vns ebener Gestalt an habender Collation anstat deren Pontificum Romanorum, auch vns von hochmister Gedechtnus Herrn Vattern seligen, in unsern Fürsten humben, Herrschaften, und Landen deuoluirt, und bis anhero uber Menschen Gedenken ruwiglichen Woll herbracht, in dem andern Monat Rhein Verhinderung zuzufuegen vnderinem, wamit wir euch sonst günstiger, vnd gnedigen Willen erzeigen können, seindt wir in allwege neigt, geben. ic.

Huic superaddita est epigraphe sequens: Herzog Johann hat ad instantiam gesambter Landstenden sich des juris Patronatus in mensibus Apostolicis, sive Pontificiis anno 1527. angenommen; dahero Capitulo S. Gereonis collationem in utroque turno prætendentiatur negativa ex rationibus ut intus. Porro rescriptum ejusdem Ducis Joannis ad Decanum, & Capitulum S. Severini Coloniae, Parochiam in Niederzündorf concernens ita habet.

### Johann Hertzouch. ic.

Eirbare lieue andechtige Bründe! ure Schryft yht an unns gedain uns Kiepels Kirche, zu Nederzuendorp berourend

ciorum Ecclesiasticorum, Dignitatum, nec non officiorum, quotquot in mensibus Papalibus vacassent, anno 1525. sibi assumisse (d), eundemque nulla Bullæ illius jam citatæ

B 2

(§.) VII.

rourend hain wir gesehen, ind willen ſich daruff nyt ver-  
halden, wie wir ungetzwyelt ſyn ſich och bewuft, wir  
durch redlich ind billich Dirsach unns der geiſtlichen Leh-  
en in unſen Fürstendommen ind Landen ſunſt lange un-  
ſen Bürſtaren, ind unns van dem Pais, ind Corifa-  
nen zu Rhome entzogen, weder undernahmen, ind so  
dan der Pastor gerüter unſer Kirspels-Kirchen, den Wir  
in Paislicher Gebruch, ind Besize befonden doitlich af-  
gegangen, dardurch unns in des Pais Maindt die Bürſchr  
unſe Kirch zu vergeuen, erledicht, hain wir umb unſes  
Herr Goh Hünor, ind unſes Dieners, ind Kelners zu  
Bensbür demoitlich beden Willen, ſyuen Shon damit  
gnediglich verſehen, ind begifticht, und unns en Wille na  
Gelegenheit obgerürt nyt weniger gezemen, dan inne by  
der Kirch zu hanthauen, laiſen Wir uuch zur gnedigen  
Antwort also antzeigen, geben zu Duyſeldorf uff Gu-  
destach na unſer lieuen Frauen Dach Nativitatis  
anno &c. 27.

Atque ex illo tempore Serenissimi Duces nostri ad  
hanc Parochiam in mensibus Pontificiis vacantem  
ſemper nominarunt uisque ad an. 1688. 26 Aprilis,  
quo Serenissimus Elector Joannes Wilbelmus hoc  
ſuum jus ex singulari gratia in Camerarium, & duos  
seniores Canonicos ad S. Severinum tranſtulit.

- d.) Anſam dediſſe ſuſpicati ſunt nonnulli Bullam Eu-  
genii IV, quam hic Aldolpho Duci Cliviæ 17ma Bulla Eu-  
geniana.  
Julii 1444. in præjudicium Theodorici tum tempo-  
ris Archi-Episcopi Coloniensis conſeſſerat, quæ inci-  
pit: Pastoraliſ officii &c. inter alia continens: «Volen-  
tes ſimiliter, & tibi eiſdem auſtoritate, & tenore  
conce.

(§. VII. lit. c.) uti & Gravaminum, a Patronis Ecclesiasticis exhibitorum habita ratione, quoad vixerit, continuasse (e). Quibus vestigiis Serenissimus ejusdem filius *Wilhelmus* longæva annorum serie (f), ejusdemque Nepos *Joannes Wilhelmus*

“concedentes, ut omnia, & singula, Dignitates, Personatus, Administrationes, & Officia, Monasteria, Prioratus, cæteraque beneficia Ecclesiastica quæcunque in dictis dominiis, terris, & locis nunc vacantia, & imposterum sive per privationes hujusmodi, seu alias quomodo liber vacatura quæcunque, quodcunque, qualiacunque, & cujuscunque valoris fuerint, quæ in turno sive mense ordinariorum vacare contigerit, dummodo non sint sedi Apostolicæ reservata, personis idoneis per ipsos Ducem, & Primogenitum tibi nominandis auctoritate præfata conferre, & de illis providere, ac personas, quibus hujusmodi beneficia contuleris, in corporalem possessionem ipsorum beneficiorum inducere, ac de ipsorum fructibus, redditibus, preventibus, juribus, & obventionibus universis integre responderi facere, libere & licite valeas &c. Hanc autem opinionem manifeste erroneam esse, ex eo evincitur, tum quod *Adolphus* possessionem Ducatum Juliæ, & Montium tum temporis nondum adierit, sed demum anno 1516, uti Brosius in annal. Tom. 3. pag. 37. arbitratur, tum quod Bulla illa obstantibus Cæfare, & Principibus Germaniæ 1447. 5ta. Februarii fuerit revocata, de qua conf. Concilia German: Tom 5. pag. 287... 390 & seq. Baron. Tom 2. annal. Eccles: ad dictum annum, tum quod, illa nunquam in Patria Julio-Montensi vim legis obtinuerit.

e) Decessit hic 6ta Februarii 1639. Teschenmacher I: c. pag. 331.

f) Obiit 25ta Januarii 1592. anno ætatis 75to Teschenmacher pag. 355. g)

helmus (g) infistentes ad beneficia &c. in dictis mensibus vacantia per integrum vix non seculum serie non interrupta non minarunt. En originem Juris, quo Serenissimi Duces nostri beneficia Patronatui Ecclesiastico subiecta in mensibus Papalibus conferunt.

### §. IX.

Non indulgere quidem hisce conatibus Summi Pontifices, & iisdem se opposuisse, argumento est, quod Serenissimus *Wilhelmus IX* Juliae, & Montium Dux pro sua erga sa. fedem Apostolicam reverentiā tum, cum ē numero suorum Consiliariorum Ecclesiasticorum Masiū anno 1550 (a) Romam

g) Obiit anno 1609. 25ta Martii, & per hujus obitum antiqua Ducum mascula Linea extincta fuit.

2) Dolendum verè, acta publica hoc spectantia nondum Documento omnino fuisse detecta; defectum tamen ex parte menta supplet Brosius in annal. Tomi 3. pag. 12. dum ex literis Latini Latinii, qui Serenissimi Ducis, ut verosimile est, negotia in curiā Romanā gesserat, nobis recenset 1) merita Ducis nostri circā religionem catholica-  
“ cam, 2) quis Masius, & 3) quae causæ fuerint, Masi  
Bullæ non expeditæ his verbis: “ de tuis autem rebus, merita.  
“ quantum laborarim, nihil attiner in præsentiā scri-  
“ bere; Andreas enim Masius tuus, quemadmodum  
“ assiduā diligentia, & labore in procurando negotio  
“ usus est, ita ad te, opinor, omnia quæcunque quo-  
“ tidiē gererentur, diligentissimè perscripsit: verum  
“ hæc tua postulatio incidit in ea reipublicæ tempo-  
“ ra, quibus indies deteriora multò sunt consecuta;  
“ quare factum est, ut Masii labores, sollicitudines  
“ que indies crescerent, & conficiendi negotii spes  
“ quotidie minueretur: gravissimis enim, molestissi-  
“ misque

mam ablegarit, peculiariter eidem in mandatis dederit, Pullam, aut indultum ut exquireret, quo menses Papales Duc Serenissimo, ejusque Successoribus relinquenterunt, quod ut cunque in forma expeditum non fuerit, ex certa tamen traditione compertum habemus (b), Masio Romæ fuisse declaratum

“ misque negotiis impeditus summus Pontifex vel  
“ adeundi sui copiam paucis facit, vel si quando fa-  
“ cilitate, & benignitate sua ductus multorum de-  
“ siderio satisfacere conatur, oppressus temporum,  
“ ac rerum difficultatibus, dum omnibus gratificari  
“ studet, multarum agendarum rerum tempus præ-  
“ terit; quare culpam omnem in temporum ra-  
“ tionem impeditissimam, atque turbulentam, æquum  
“ est, te transferre; cætera Masius tuus, quem ego  
“ hominem, cum propter singularem eruditionem  
“ ejus, atque virtutem, tum propter eximum erga  
“ te studium, & fidem mirifice diligo, vel coram  
“ tibi, vel absens per epistolam pluribus verbis nar-  
“ rabit: eum ego tibi, nisi ipsius preclara virtus,  
“ & summa in te obseruantia satis commendareret,  
“ jam pridem longâ oratione commendasssem; equi-  
“ dem itâ statuo, si quid in Masium liberalitatis  
“ contuleris, eò illustriorem apud omnes futuram  
“ gloriam tuam, quod illius merita jam pridem bo-  
“ nis, atque eruditis viris cognita planè sunt, &  
“ probata reddes; tu, quod haçtenus cum tuâ sum-  
“ mà laude semper fecisti, ut catholicæ religionis  
“ causam pro tua parte tuereris, si post hac ta-  
“ lem te praestabis, ut cœteri Principes veræ pietas  
“ exemplum, quod imitentur, te unum sibi pro-  
“ ponant, pulcherrimam cum sempiterna nominis  
“ tui memoria ex ea re laudem consequeris; vale,  
“ & me ama. Romæ V. Idus Julii Anno M.D.LVI.

b) Sic præ cœteris in relatione, quam de Parochia Mon-  
heimensi nobis reliquit Consiliarius Ehrmans hic

*timæ*

tum, Pontificem dissimulaturum, si majorum vestigiis insisterent Duces nostri, eaque propter se paternam benevolentiam iisdem non subtraeturum.

§. X.

I*ma Octobris 1692 memoravit: "dass zwarn*  
" nach Ausweis deren Acten, die vorige Päpste sich  
" anfangs, vnd in mitt des vorigen 15ten sœcu-  
" li, des Herzogs Johan, vnd Wilhelmi præsenta-  
" tionibus widersetzt, als aber hernach schriftliche Re-  
" monstrationes geschehen, auch der dainchlicher Rhat  
" Masius Zeit der zerstörter Kirch dieses Erftift nacher  
" Rhom verschicket worden, vnd in Specie instruieret  
" gewesen ist, vmb indulta über die Præsentationes  
" auszupringen, haben die hernach gefolgte Päpste con-  
" nivendo zugesehen, dass die Herzog zum Bergh in  
" Päpstl. Monath die Præsentationes gethan, wiewohl  
" keine indulta hierüber erfolget seind, außer einem in-  
" dulto Eugeniano, wanon Chur Brandenburgt mel-  
" det, dass es fürs Herzogthumb Cleve, vnd die Graff-  
" schafft Marchh ertheilet seyn.

Similiter indefessus noster Archiviorum scrutator de Redinghoven, vir in colligendis Patriæ nostræ documentis solertissimus, dum de beneficiis collegiaræ in Cæsaris insula Ecclesiae 29na Januarii 1703. cau-  
iam retulit, nobis conservavit: "dass die vorige Herrn  
" Herzogen zu Gülich, Cleve, vndt Berg sich hernacher  
" in possessionem conferendi simpliciter, & in om-  
" nibus mensibus beneficia Ecclesiastica, sive Prä-  
" bendas canonicales, & aliqua curata mensibus  
" Apostolicis debita gesetzet haben, worzu dieselbige sich  
" einer a Papa Eugenio im Jahr 1444 verliehener hies-  
" bei mit kommender Bullæ bedienet, in welcher Herren  
" Adolpho Herzogen zu Cleve, vndt desselben Primoge-  
" nito Johanni ex post Duci ejus nominis I. prop-  
" ter inobedientiam, & rebellionem Archiepiscopi Co-  
" loniensis

## §. X.

Et ac-  
quies-  
centia.

Atque ab hoc tempore nihil porro obmoverunt  
Pontifices, & Serenissimi Duces possessionem in hanc  
usque diem continuarunt, Patronatui Ecclesiastico sub-  
iectas Dignitates, Canonicatus, ac Parochias in mensibus Papa-  
libus

“ Ioniensis præsentatio ad quæcunque beneficia Eccle-  
“ siastica tunc vacantia, & imposterum vacatura ju-  
“ gestanden worden, jedoch ist darinnen ausdrücklich prä-  
“ covirt: dummodo non sint Sedi Apostolicæ reser-  
“ vata; nichts destoweniger ist obgedachte Possession ab  
“ anno 1526. bis dahero kontinuirt worden, vnerachtet  
“ der Pabst Clemens VII dagegen eine scharfe Bullam  
“ anno 1534. herausgegeben; quæ incipit: “ Admonet  
“ nos &c. & hanc habet rationem; quod Archiepis-  
“ copi, Episcopi, Ecclesiarum Prælati, nec non Prin-  
“ cipes & Domini temporales post miserabilem ur-  
“ bis direptionem (welche anno 1527 geschehen) col-  
“ lationes Apostolicas in mensibus reservatis factas  
“ admittere contempserint &c. darüber doch Herr  
“ Herzog Wilhelm zu Gülich, Cleve, vndt Berg in  
“ anno 1553 durch seiner Hochfürstlichen Gnaden  
“ geistlichen Rhat Masium zu Rom tractiren lassen  
“ wollen, vnd ein indulsum speciale gesuchet, aber  
“ nichts anders, als dieses lauth der ferneren Ahnlagern  
“ ausrichten können, daß Seine Päpstliche Heiligkeit  
“ wohl erleiden könnten, daß höchstgebachter Herr Herr-  
“ zog seinen alten Bruch verfolgen thete, derentwegen  
“ Sie dann ihr vächterliches Gemüht von demselben nicht  
“ abwenden wolten, wobei es also fort geblieben; vndt  
“ obwohl einige Päpstliche Nunciū sich darüder zuwei-  
“ len beschwehet, ist darinnen doch bis hieher nichts  
“ geenderet worden.

libus vacantes conferendi (a). Primum itaque hoc in Patronatu Julio-Montensi Singulare est jus mensium Papalium, quod in quieta ducentorum, & amplius annorum possessione, atque inde nata præscriptione fundatum est, nec non eandem cum æmulis Bavariæ Juribus (b) originem habet.

§. XI.

In jure Patronatus laicali eminet illud Serenissimis Duci-  
C bus natus

- a) In Collegiatis hoc extra dubium est, in quibus menses Papales olim in usu fuerunt, ut Monasterii-Eifliae, & Wassenbergæ in Ducatu Juliæ, similiter Embricæ, Hervordiaæ, Reesæ, Susati, & Xantis in Ducatu Clivæ, Schilschedæ in Comiratu Ravensbergensi; Parochiarum vero paucissima restant, quarum collatio Serenissimis Ducibus in dictis mensibus remansit, plurimæ enim Patronis Ecclesiasticis, potissimum iis, sunt restitutæ, quibus ex fundatione Patronatus ad Parochias competit, veluti Capitulo S. Gereonis, & Abbatii S. Pantaleonis Coloniae &c.; jus tamen illud hinc inde adhuc viget, uti in Parochiis Lützenkirchen, & Arnoldsweiler &c. quarum illa vice Decanum Metropolitanæ Coloniensis, haec vero Abbatissam ad S. Ursulam Coloniae Patronos venerantur, & aliæ nonnullæ.
- b) Barthel in dissertat: gener de Concordat: Germaniae Cap. 3. Sect. 2. §. 14. ita habet: "Tali præscriptione " de facto nititur Electoralis Domus Bavaricæ jus " nominandi, seu potius præsentandi Clericos ad " Dignitates, & beneficia in utraque provincia sua " extra Cathedrales Ecclesias civitates Episcopales " vacantia in mense Apostolico, ut pater ex Recessu " Concordat: inter Serenissimam illam Domum, & " Reverendissimos Bavaricæ diœceseos Ordinarios " anno 1583. initorum.

Serenis-  
simo  
compe-  
tens in-  
& extra  
Patriam.

bus nostris competens; objecta enim illius sunt Dignitates, Canonicatus, Parochiæ, Vicariatus, beneficia simplicia in- & extra Patriam &c. quorum collationem tum Imperatorum privilegiis (a), tum ex fundatione, constructione, & dotatione (b) ab antecessoribus jure hæreditario obtinuerunt.

### §. XII.

Concor-  
data  
cum Se-  
renissima  
Domo  
Brande-  
burgica.

Quoad Prælaturas, Canonicatus, Præbendas, aliaque be-  
neficia Ecclesiastica in Ducibus Juliæ, Cliviæ, & Montium, nec  
non in Comitatu Marchiæ, & Ravensbergæ, Alterum vero Sin-  
gulare occurrit, quod non obstante præfata (§. 1.) terrarum  
divisione utraque Serenissima Domus Jus Patronatus sibi in-  
tegrum conservaverit, dum in Recessu particulari (dem Neuen  
Rezeß) de 9na Septembbris anno 1666. (a), uti & in Bilefel-  
densi

- a.) Sic *Carolus IV. Imperator* in litteris de 19. Januarii 1348, quibus Præfecturam Aquisgranensem Juliæ Ducibus in pignus concedit, iisdem quoque Jus Patronatus tribuit ad Præposituras in Basilica, nec non in Collegiata ad S. Adalbertum Aquisgrani, ad Præposituram Kerpensem, & illam, quæ in Cæfaris Insula est; subiecti porro eidem Patronatui sunt in eadem Basilica Archipresbyter, Scholasticus, Vicarius Regii, nec non illi ad Sacellum S. Caroli, & S. Jodoci.
- b.) Sic Capitula, Wassenbergense anno 1110. a *Gerbardo* Comite Geldriæ, Heinbergense 1140. ab *Oda* Do-  
mina in Heinsberg, Juliacense anno 1286 a *Wilhelmo* Comite Juliæ, Sittardense anno 1292. a *Walramo* Comite Falckenburgensi, & Dusselatum anno 1393. a *Wilhelmo* 1mo Montium Duce fundata sunt.
- c.) h. Was aber die Kollation, und Vergebung deren Præ-  
laturen &c. pag. 23.

densi de 1672. pro illius exercitio (b) turnum pro norma eum in modum constituit, ut in Capitulis, in quibus singulae Præhendæ Patronati territoriali subjectæ sunt, Domus Brandenburgica illum exerceret mense Januario, Palatino-Neoburgica vero in Februario, & sic de mense in mensem alternando beneficia vacantia nullo terrarum respectu servato conferret; in iis autem Capitulis, in quibus Domino territoriali

C 2

b) Art. 10 §. 26. Ejus verba hæc sunt: Was aber die Collation, und Vergebung der Prälaturen, Canonikaten, Präbenden, und anderen geistlichen Beneficien angeht, welche in mehr gedachten Herzogthumen Jülich-Erle, Berge, auch Grafschaften March, und Ravensberg zu des Lands-Fürsten Collation gehörig, soll es damit nachfolgender gestalt unveränderlich gehalten werden: daß auf denjenigen Stiftern, da alle collationes der Herrschaft völlig gebühren, Ihrer Kurfürstlichen Durchl. zu Brandenburg, und Dero Descendenten diejenige beneficia, so in dem Januario, Martio, Majo, Julio, Septembri, & Novembri verfallen, oder ad manus Principum resignirt werden, also auch Ihrer Fürstlichen Durchl. zu Neuburg, und derselben Descendenten diejenige, so im Februario, Aprili, Junio, Augusto, Octobri, und Decembri fallen, oder resignirt werden, zu vergeben zustehen. Auf denjenigen Stiftungen aber, da die vorige Landfürstliche Herrschaft sechs Monath hergebracht, da solle Ihre Kurfürstliche Durchl. und Dero Descendenten drey Monath, und des Herrn Pfalz-Grafens Fürstliche Durchl. und derselben Descendenten, auch drey Monath dergestalt reservirt seyn, daß Ihre Kurfürstliche Durchl. zu Brandenburg an denselben Orthen im Januario, Majo, und Septembri, Ihre Fürstliche Durchl. zu Neuburg aber in Martio, Julio & Novembri die collatio ohne beschwehr, und Verminderung bemalter beneficien, und Renten, wie oben gedacht, zu exerciren, der also von Ihrer Kur- oder Fürstlichen

Turnus

Placi-  
tum.

Vacantis  
beneficii  
relatio.

Formula  
Placiti.

toriali non nisi menses Papales competunt, quilibet Serenissimus trium mensium turno gaudeat, ita ut Cliviæ Duci in Januario, Majo, & Septembri:Juliae & Montium Duci vero in Martio, Julio, & Novembri ad vacantes in illis Præbendas privativa præsentatio competit; ea nihilominus jus cumulativum ad eandem præsentationem indicante lege, ut is, cui de vacante beneficio ab uno Serenissimorum pro visum fuerit, factam sibi gratiam alteri Serenissimo indicere, & pro clementissimo Placito supplicem se exhibere teneatur (c), quod Placitum quidem adeo necessarium, ut Capitula non ausint Præbendæ vacantis possessionem ad solas collationis literas tribuere, nisi una cum illis alterius Serenissimi Placitum fuerit exhibitum; quibus ad hæc incumbit (d),

Fürstlichen Durchl. provisus auch schuldig seyn, mit Vorzeigung seines collation-Patents desanderen Placitum zu erhalten. Wie dann ohne Vorzeigung solcher collation, und darauf erfolgten Placiti die Prælati, und Capitula die provisos zur possession nicht admittiren, und ge statthen sollen.

c) Petitur autem vel a Clivensi, vel a Dusselano Regimine, ejusque forma est adinstar literarum collationis, quæ hic subjicitur: Von GÖttes Gnaden Wir Carl Theodor Pfalzgraf bei Rhein z. z. thuen' kund, und fragen denen würdigen, unsern lieben andächtigen, und getreuen Dechant, und Kapitul unserer Kollegiat Kirchen zu N. gnädigst zu wissen, als durch Absterben des Canonici N. dessen bis dahin gehabte Canonicat zu unserer anderweiten Ersekzung erlediget worden, daß Wir vorzeigern dieses N. mit gedachter Canonicat hin wiederum gnädigst versehen haben, thuen auch solches hemit, und Kraft dieses, euch obgemeldeten samt und sonders hemit gnädigst befehlend, daß ihr gedachten N. für euern von uns rechtmäßig angeordneten mit Canonicum annehmen, halten, und erkennen, ihme Stallum in choro, & locum in Capitulo einraumen, sodann alle ihme

(d) Vacantem morte Præbendam utriusque Serenissimo, vel eorundem Regimini, quod Clivæ, & Dusseldorpii residet, referre; Reservato, ut vocant, Ecclesiastico in P. R. (e) & W. (f), iterum, iterumque (g) firmato.

ihme zu solcher Præbende gehörige Renten, und Gefälle zu gewöhnlichen Zeiten folgen, und reichen lassen sollet.  
Urkundt ic. Düsseldorf den ic. ic.

d) Art. 10. §. 27. damit es auch darin desto richtiger hergehen, und die Herrschaft Nachricht haben möge, so soll, so oft ein Prälatur, Præbende, oder Beneficium zu Ihrer Kurfürstlichen Durchl., oder Fürstl. Durchl. collation vacaret, solche Vacanz, und durch welches Absterben, auch in welchem Monat oder turno dieselbe sich begeben, schriftlich Ihrer Kurfürstlichen Durchl. oder Fürstlichen Durchl., oder Dero heimgelassenen Regierung unverzüglich unterthänigst berichtet werden.

e) §. 18.

f) Art. 5. §. 15.

g) Neben Dekret von 1666 pag. 23. §. Dasern auch ins künftige einer der Cathol. Religion, oder Augspurgischer Confession Reformirter oder Lutherischer Religion zugehaner Prælatus, Canonicus, Canonissa, Parochus, oder Beneficiatus seine Religion oder Confession veränderten würde, sollen sie der Praelatur, Præbenden, Pfarr, oder Beneficii eo ipso verlustig seyn, und dasselbe einem andern solcher Religion, zu welcher dasselbe vermög instrumenti Pacis, und dieses Vergleichs-Gehörig unausgestellt, und ohne Real-Beschwerung, wie oben gedacht, wieder conferirt werden. Quæ iisdem fere verbis repetita sunt in R. Bilefeld. Art. 10. §. 25.

### S. XIII.

Hisce igitur Concordatis nituntur Serenissimorum Ducum Julio-Montensium nominationes ad vacantes in præfatis sex mensibus Prælaturas, & præbendas, aliaque beneficia

Colle-  
giatæ  
extra  
Patriam  
Cli-

**Patronatui Julio Montensi Subjectæ.** Clivensis, Kranenburgensis, Wisselensis, & Bilefeldensis Collegiarum; quæ tamen in Capitulis Embricensi, Hervordensi, Reelenfi, Sufatenfi, Xantensi, & in Canonissarum Schilschedensi ad tres menses restrictaæ sunt (a); pro ut Potentissimus Borussorum Rex qua Cliviæ Dux eodem jure in Collegiatis Julio-Montensibus supra (§. 5. lit. a.) memoratis gaudet.

Regula  
de viginti

a) Oblatas Serenissimi Patroni sibi in turnis resignationes quoque ratae habent, & in his illa Cancellariæ Apostolicae regula, de viginti dicta, locum non habet, prout plurima præjudicia testantur, quæ in Capitulis, Julianensi, Wisselensi, Hervordensi, Schilschedensi &c præprimitis extant.

## §. XIV.

**Capitula mixtae religio-nis.**

Sunt, quod *Tertium Patronatus nostri Singulare* est, inter Præbendas Canonicales, & inferiores eidem subjectas, quæ Protestantibus simul debentur, ut Bilefdæ, ubi Catholicis quinque, & totidem Augustanæ Confessioni addictis propriæ sunt; item Hervordiæ, ubi Catholici unicam, Lutherani vero undecim Canonicales, & octo Vicarias possident; sunt porro intermixta illustrium Canonissarum Capitula videlicet in Bedbur, & Oberndorf in Clivia, Clarenberg, & Sufati ad S. Walburgam, Freundenberg, Gevelsberg, & Herdicke in Marchia, & denique Schilschede in Ravensberg, quæ partim duas tertias, partim tres quartas Protestantium sine discrimine, num Lutheranæ, num Reformatæ sint, & respective tertiam, vel quartam partem Catholicarum constituunt; singulares dein cuique Capitulo constitutiones, & consuetudines sunt, de quibus, cum legalia documenta deficiant, plura non refero, quam hæc: quod illustrium harum Canonissarum Abbatissas, Præpositas, Decanissas, vel Dominas ex Protestantibus, & Catholicis secundum eandem proportionem nominare,

nare, vel eligere necesse sit, in qua cuivis religioni addictæ constitutæ sunt, ita disponentibus Rec. de anno 1666 pag. 19. & Bilefeldensi de an. 1672. (a); dein: quod illis in Capitu- lis publicum cuivis religioni exercitium debeat.

§. XV.

a.) In cuius artic. 1. §. 3 & 4. quoad Capitula in Bedbur, & Oberndorf sequentia habentur: & quidem §. 3. in dem Adelichen Jungfraulichen Weltlichen Stift zu Bedbur soll hinsuhrō zum wenigsten das dritte Theil, und in dem Stift Oberendorf auch zum wenigsten das vierte Theil mit Römisch-Catholischen Jungfern besetzen, und wo dasselbe Theil nit complet ist, die Präsidenten bei der erster Vacanz, sie geschehe durch resignation, oder durch den Todt, denen Römisch-Catholischen bis zu solcher Zahl conferirt werden, und darüber gleichwohl nit weniger die Catholischen, als Reformirten, und Lutherischen fähig seyn; auch künftig, wann zu Bedbur zwei Dominae der Evangelischer Religion gewesen, die dritte aus den Catholischen, zu Oberendorf aber, wann drey Evangelische Dominae gewesen, die vierte aus den Catholischen erwehlet, und es damit fort für fort also gehalten werden soll.

